



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniae, 1654**

S. VVilhelmus Erem. S. Scholastica S. Austreberta V. 10. Feb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

S. V Vilhelmus Erem. S. Scholastica  
S. Austreberta V. 10 Feb.



**Meditatio Iudicii.**

Christus venire citus differt, ut mi-  
nus inueniat quod condemnet. Lec  
Magnus

Latetur Ecclesia tua, Deus, B. Gui-  
lielmi cont. tui (B. Scholasticæ V. B.  
Austrebertæ V.) confilia suffragijs at-  
que eius precibus gloriofis, & deuota  
permaneat, & secura conhsit. Pe  
Dom. N. I. Chr. & c.

Ora pro Conuersione peccatorum  
&

1. S. VVilhelmus, olim scelerum  
magnum reus, in persequendo ve-  
ro Christi Vicario, postea à Domino  
correptus factus est cunctis schisma-  
ticis boni operis & resipiscentiæ ex-  
emplum. Mira res. Sacra hostia aduer-  
sus eum prolata, hominem deiicien-  
do in terram, eleuavit in cælum; dum  
pænitentiam peregrinatione, solitu-  
dine, manicis ferreis &c asperis agē-  
dam persuasit, & ad finem vitæ ipse  
seruauit, Annum nempe Dni 1156.

2. S. Scholastica D. Benedicti soror  
præluxit faminis, ut ille viris. Hinc  
anima illa, Deo cara, è terris migra-  
tura in specie columbæ euehi ad su-  
peros meruit. Anno 535.

3. B Austrebertæ, usus speculi,  
qui alijs fuit damno, attulit grande  
conolumentum: nam aquas intuta se  
velatam, monialis instar, aspexit, &  
dixit, & exinde sic vixit.